F. A. D. W.

CONSVLTATIO

de principatu inter provincias Europæ.

Editio quarta prioribus auctior:

opera

THOMÆ LANSII.

TVBINGÆ
typis Brunnianis.
A. C.
CIϽ. IϽCXXXV.

Cum privilegio singulari & perpetuo.

ROMANORUM

IMP. CÆSARI AUGUSTO,

DN. MATTHIÆI,

REGI GERMANIÆ,

Hungariæ, Bohemiæ, &c.

Auſtriæ Archiduci, &c.

Principi Optimo Maximo:

FRIDERICUS
ACHILLES,

DUX WÜRTEMBERGIÆ,

*cum devota humilimi obſequii teſtifica-
tione perennem felicitatem
precatur.*

VEllem, IMPERATOR, *ſi rerum natura pateretur, ut in ævum noſtrum veniret Xenophon Atticus, qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius, quam hiſtoriam commoda-*

Relatio FRIDERICI ACHILLIS,

DUCIS WüRTEMbergiæ & Tecciæ, Comitis Mompelgardiæ, Dynaſtæ Heidenhemii;

de nationum & provinciarum Europæ inter ipſas principatu atque prærogativa.

CHinenſes, potentiſſimus extremæ Aſiæ populus, eo feruntur eſſe ingenio, ut reliquos mortales omnes, tanquam rudes, inertes, barbaros, alto arrogantique ſupercilio deſpiciant; ſe vero, ſuaque omnia magnifice prædicent, & exquiſitis laudibus glorioſe proſequantur. Cui rei fidem facit invidioſum nimis, & percelebre inter eos dicterium illud: *Chinenſes duos habere oculos; Europæos unum; & quod hominum eſt reliquum, cæcutire.*

Ego

Rectius dicuntur Sinenſes; & Sinæ, *illorum regio. Luſitani primi omnium, quod ſibilum exprimere non poſſent,* Chinas *vocarunt: & hinc vitioſa appellatio* Chinarum *ἀντὶ τῶν* Sinarum *aut* Tzinarum, *in omnem Europam propagata eſt.* Ioſ. Scaliger Iſagog. Chronologiæ Canonum lib. 3.